

M I M

1 6 4 8





~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glaucensis



Οἱ ἑυχαριῶντες  
PHOEBÆ FACES

Quas

VIRO PLURIMUM REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,  
PRÆCLARISSIMO DOMINO

SAMUELI HOF-

MANNOPHILOSOPH: & S. S.  
THEOLOG. DOCTORI LONGE DIG-  
NISSIMO, SERENISSIMIAE POTENTISSIMI  
ELECTORIS BRANDENBURGICI, S. CONSISTORII CON-  
SILIARIO GRAVISSIMO, ECCLESiarUM BEROLINEN-  
SIUM PRÆPOSITO, ET VICINARUM SUPERINTEN-  
DENTI VENERANDO MAXIME, CE-  
LEBRATISSIMO QVE,

SPONSO,

Nec non

Virgini Nobilissima, virtutumq, quæ eum sexum ornant, Fulgore  
splendidissima

EVÆ MARIÆ,

Viri Nobilissimi, Eminentissimi, Amplissimi, Consultissimi, Domini  
PETRI FRIZII, I. U. D. celeberrimi, Comitum Palatii S. Consistorij  
Lateranensis, Serenissimi ac Potentiss. Electoris Brandenburgici Hagio-  
Synedrij Præsidis Ac ad conventus Pacificat: Osnaburgi institutos designati Le-  
gati Spectatissimi, Camerae & Aulae Electoralis Consiliarij cele-  
berrimi Filia dilectissimæ,

NEONTMPHIS

Berolini Christianâ solennitate Nuptias

25. Nov. celebrantibus

Gratulabundi

Praferunt & offerunt

FAUTORES COLLEGE & AMICI.

Berolini exprimebat Christoph: Runge Anno c1o 1oc XLIV.



PHILIPPUS  
MANNHILLOS  
RECTORIS BRANIBURGENSIS UNIVERSITATIS  
MANNHILLOS  
RECTORIS BRANIBURGENSIS UNIVERSITATIS  
MANNHILLOS  
RECTORIS BRANIBURGENSIS UNIVERSITATIS


BEROLINIENSIS  
UNIVERSITATIS  
RECTORIS  
MANNHILLOS  
RECTORIS BRANIBURGENSIS UNIVERSITATIS

BEROLINIENSIS  
UNIVERSITATIS  
RECTORIS  
MANNHILLOS  
RECTORIS BRANIBURGENSIS UNIVERSITATIS

Sit







**T** cuperem deberem etiam vel carmine longo,  
 VIR REVERENDE tuum condecorare torum.  
 Rursus at banc aurem vellit mea sparta, monetq̄:  
 Si quid vis tadis condere, conde brevi.  
 Ergo sequor, quod sparta monet, iustisq̄ valere  
 Mille metris, conor dicere multa brevi.  
 Sit vobis, ipsi ut cupitis, benè. Plura quid addam?  
 Quandoquidem his paucis prospera quaq̄ precor.

*Ita ex animo vouet*

Johannes Fromholdt/ Sereniss:  
 Electori Brandenb. à Consiliis  
 Camera & Aula.

**S**ecundum decreta Dei fatiq̄ tenorem,  
 Connubium nectit, festivo more, secundum  
 Hofmannus Doct̄ nulli pietate secundus:  
 Gratulor hanc mentem Sponso; Votoq̄ve secundo  
 Fundo preces calidas; Vinc̄tum hoc sociale secundum;  
 Fertile sit, foelix, omniq̄ve ex parte secundum;  
 Et maeat numero, constanti in amore, secundum;  
 Tertium vt excludat Sponsæ hujus serior atas.

*Ita manu tremulâ, sed animo constanti,  
 febricitans, vouebat,*

Christophorus Majus D.  
 Sereniss: Eceet: Brand: Med:

**E**xantlare tuos pergis, Neonymphe, labores,  
 A Cathedra ad thalamum, quo pia vota vocant:

A 2 Rosto



Rostochium insigni decoravit tempora honore,  
Jam te Fritziadum dotat & alma domus,  
Inde venit Tibi! Sponsa venit! tibi Sponsa pudica,  
Dulcis honoris honos; dulce animans & amans.  
Gratior an sit honor tibi, numne hoc corculum amicum,  
Ambigo? utrumque placet: Nunc tibi sola placet.  
Macte animo Vir sis! cuius sit vertere proram,  
Tam benè quæ novit, mens generosa suam.  
O felix studium! quo Cor releuamen anbelum,  
Accipit & præsto est ante cupita diu.  
Hac cum vive precor saluus, Neonymphe, nec istam,  
Esse aliquid Vitam, præter amare, puta,  
Et Cathedram decorare tuam non desine posthac  
Hinc tibi laus surget, multaquæ fama, salus.

Gratanti calamo Rev: Claris: & Excell:

Dno Docteri Sponso deprop;

M. Martinus Strömannus Eccl. Bernov:

Præpositus & vicin: Inspector

Samuel Hoffmannus, Sacrosanctæ Theologie Doctör.

ἀναγαυαλιζῆσαι,

Doles? Latus honos; Chara marita: Confuge! Macte sono  
**S**ponse, DOLES? EN! LETUS HONOS, & CHARA MARITA!  
Huc, quoties tristis, CONFUGE! MACTE SONO!  
MACTE SONO verbi, quod promis pectore, Doctör,  
Conjugis & blandæ perpete MACTE SONO!

Im

gratulabundus

animitus

vover

M. Jacobus Helvvigius,  
Præpositus & Inspector.

Viro



VIRO

*Admodum Reverendo ac Clarissimo*

DN. SAMUELI HOFMANNO,

S. S. Theologiæ Doctori &c.

Matrimonium secundum

*ineunti cum*

*Honestissimâ ac Pudicissimâ Virginē*

EVA MARIA FRITZENIA &c.

**I**bat ut Hoffmannus nuper sacra pulpita latus  
Rostochij, ut summum ferret honore gradum:

*Sic cum consilio FRITZENIAS præsidis ædes*

*Seandit ovans, Sponsam ducat ut inde sibi.*

*En! Artem Fortuna juvat. Succedit utrumq;*

*Cum Doctoratu nobile Conjugium.*

*Evam surripuit dura inclementia mortis,*

*Evam substituit Ihoa benignus Ei:*

*Evam sed Marjam, mala quæ patrat Eva, Maria*

*Ore ut compenset, pectore, amore, fide.*

*Vivite felices, Hoffmannus surgat ut alter,*

*Et FRITZI nomen ne percat, sed eat.*

*Admirati ergo*

*gratulatur*

M. Georg Weber Berlin. Reipub.

Patriæ Consul.

SYNCHARISTICON.

**H**OFMANNO nostro SAMUELI encomia multa,

CONSILIARIUS est, PRÆPOSITUSQUE Sacer.

Accesit titulis novus, Ecce creavit eundem.

Nuper DOCTOREM, quam benè! ROSTOCHIUM.

Omnibus his hodiè præluet honoribus unus,

Quo gaudet SPONSI dulcisonus titulus.

A 3

Felja



Felix sit Sponsus, sit CONSILIARIUS æquē  
Felix, sit DOCTOR, PRÆPOSITUSQUE diu.

M. Petrus Uber Ecclesiast:  
Marian:

**S**pes confisa Deo, nunquam confusa recedit,  
Sed miseris promptam Spes bona prastat opem.  
Expertus tristis, Hoff-man Doctor venerande,  
Cum cecidit conjunx condita tristis humo.

Nox nigra cum cessat, tua lux tua gaudia cordis  
Intrant, Delicium, dimidiunq; tuum.

Ergo dies venit, nivoè signanda lapillo,  
Nymphula quæq; novum ducitur in Thalamum.

Ille Dies venit, lepida quæ Nymphula forma  
Ibit in amplexus, Vir venerande, tuos.

Sit tibi lata Dies, quæ sors Fritziانا salutat  
Te generum, unde animo gaudia letatno.

Tristia nunc cessent, quia gaudia bella parantur,  
Omniaq; in lepidos verba fluant numeros.

Vivat Præpositus virides non degener annos  
Exercens, propter fœdera conjugij.

Cresce Decus Doctum, felicibus utere cœptis  
Cresce decus Doctum, o Hoffmaniana domus.

Utere more tuo, & meritam dignare favore:

Nunquam istæ bac sterilem gratia rovat agrum.

Boni ominis, & observantia

Ergo

offert Dn. suo

Colleg. & D.

M. Joachimus Strömm.

Hg 20



De utroque supremo & DOCTORALI & SPONSALI axioma:

**S** Alve de gemino titulo DOCTOR nove SPONSE!

Qualem PRÆPOSITI non domus usque tulit:

Scilicet in magnis quærenda est gloria rebus,

Hinc veniunt doctis præmia digna viris,

Inde viri gravitate sua laudesque merentur,

Dum virtus magnos ingeniumque facit.

Stemmata cum titulis pereunt post famam, gravidæ

morte cadunt nummi, divitiæque fluunt.

At sua virtuti qui præbent dona, sacrisque

Ausis istorum fama, decusque manent.

Fama decusque uirent, quin post quoque fama virebunt

Cætera cum putridis nil nisi pulvis erunt.

Gloria, laus & honor comitantur te redeuntem,

Immortale decus excipiturque Tuum:

Quando boni tales tantos gratantur honores,

Doctoresque novo prospere cuncta vident,

Atque Tui multis, optant, dant commoda, dotes

Quæque facis Jovæ singula grata fient.

Sed quid? numne parum laudis, virtutis, honoris,

Sacro conjugii fœderi inesse putas?

Nempè DEUS magno cum sit dignatus honore

Conjugium quis non hoc vereretur opus?

Ausonia quamvis Præsul connubia sacra

Rejiciat Veneris furm nefanda probat:

Hoc signoque probet, Quod is Antichristus haberi

Debeat ut Pauli vox sonat, atque probat

Ac si non etiam, cæli qui mystica pandit

Doctor, producat germina gram tori:

Qua magno variis sint urbibus ornamento,

Qua gramque Deo carmina mente canunt.

Compater! hoc cogitans Excellentissime Doctor!

Intrepidè repetis vota secunda tori.

Et Tibi Te dignam consortem fœdere jungis,

Quæ sanam tui vulnera cordis erunt.

Filia



Filia Magnifici quæ PRÆSIDIS EVA-MARIA:

Semideum meriti pro gravitate sui  
Dudum quem graviter cecinit bona Musa\* Zuberi,  
Famaq; mirandum posteritatis ais.

V. Epigr. Ca-  
nist; Epigr. i.

Judicii doctes illustres Cæsaris, æquæ  
Brandeburgiæ Principis aula refero.

EVA-MARIA chori pars virginis aurea, talis  
Præpositi SPONSA est filia Magnifici.

His igitur radiis adsit divina potestas,  
Quæ sine nil firmum, nil queat esse ratum.

Alterno mentes devincta in amore calefascant  
licis Eris sava semina nulla serant,

Aurea pervolitet scalamum concordia, regnet  
Pax, Candor, regnet gratia, vivat Amor!

Sic Tibi de gemino, quo nunc ornatus honore  
SPONSO-DOCTORI gratulor, ac voveo,

Adm. Rev. Excellentis: Viro DN. Præposito,  
Collegæ atq; Compatri suo plurimum  
devenerando

In honorificam congratulationem  
prolata A

M. Georg. Lilio, SynDiac:

Ornamenta Tibi concinnant FATA sat ampla  
HOFFMANNE ô nostri gloria prima chori!  
Doctoris-Sponsi Te Cidaris atq; Corona  
collustrant, summum conciliantq; decus.  
Mactus sis titulô Doctoris, mactus amoris  
augusti sertô, FRIZIA Progenies  
quô te condecorat felicem! cœlitus almi  
ecce Hoffmannæ tibi gratia tanta DEI  
descendit, quæ te cumulat tam divite honorum  
congerie, amplificans gaudia fausta tori!  
Eja para laudem, Domine reverenter habendo  
hunc sortis florem! gloria sancta DEI

Increfca



increscat per Te; thalami benedictio larga

*Speranti exurgat: \* Fœdus utrumq; tuas*

*Spes jubet esse ratas faustò omine, nomine faustò,  
spem sperata omnem compleat ipsa tuam.*

*Verùm non sine spe sine Re mi HOFFMANNE VIR esto,  
spem Rem fac Sponsæ, fac SOCERO & SOCRUI.*

*\* Theologicè  
Oeconomicè.*

*Ita ex corde gratulatur*

*& apprecatur*

*Johannes Bercovius Ecclesiast.  
Berlinensis ad D. Mariæ.*

**ALIUD.**

*Rom. 1. 4. Quid Nō Cōfūdat Spes, Hoffmann Doctor Amācè, HOFFMAN  
Nomen & Exemplum Te docet Ecce suum. DOCTOR*

*Nam licet EVA tibi per magnum Prima creāric*

*Luctum morte, Tuas sparsit & imbre genas:*

*Hæc tamen EVA tibi quæ Nunc tradetur in ulnas,*

*Jug, sinum, Contra Gaudia Mille feres.*

*Scilicet à prima nascentis origine Mundi*

*Mos fuit, est, & eris Sic sine fine DEI:*

*1. Sam. 1. 6. Morcales prius ut tristem detrudat ad oreum,*

*Quam crucis expertes tollat ad astra Poli.*

*Ergò vive Diu multos Benè sospes in annos*

*Psal. 128. 3. Chara videns Mensa pignora, delicias*

*EVA tibi sit AVE, thalamus quoq; sit procul A-VE, EVA*

*Ruth. 1. 30. Nec sit AMARA tibi MARIA, sed sit AMOR. MARIA.*

**QVADRANGVLARE.**

<b>HOFMANNUS</b>	<b>DOCTOR</b>	<b>DOCTORUM</b>	<b>GLORIA</b>	<b>PRÆSUL</b>
Doctōr	justiciæ	Firmat	Solamen	Egenis,
Doctōrum	Firmat	Recreans	Per pascua	Corda
Gloria,	Solamen	Per pascua	Ritè	reformans
Præsul	Egenis	Corda	Reformans,	Hæres olympi.

*Honoris & observantia Ergo*

*sic ex animo optat*

*Johannes Rosnerus Templi Nicol.*

*apud Berlin. Symmysta.*

**B**

**Jam**



Jambici Senarii Votivi.

כִּהֵן שְׂמוֹאֵל אִישׁ אֱלֹהִים אִישׁ הַחַיִּים  
כְּבוֹד צִפְיָרָה לְךָ וְאַשְׁרֵי הַצְּבִי:  
כֵּן תִּפְרַח בְּפִי יְהוָה עֲלִיּוֹן  
הוֹי רֵאשֶׁה רֵמֶם כְּהֵרֵאשׁ אֲהֵרֵן:  
אֵל יִבְנֶה בֵּית יְהוָה יִבְרַךְ  
אֶת־אֲשֶׁתְּךָ אֶפְרַיִם בֶּר כּוֹס וְשׁוֹד:  
וְשִׁים יְהוָה אֲשֶׁרֶךְ כֵּן רֵאֵה  
זָהָר וְטוֹב כְּנִי לְכֵנִים לְחִירָה:

*Sic ex animo apprecatur*

M. Albertus Günzelius.

**M**ulti multa solent longo sermone referre,  
Ast ego per paucis paucula jam referam.  
Est etenim melius paucis comprehendere multa.  
Quam multis verbis significare nihil.  
Conjugium vestrum fortunet Rector Olympi,  
Dicere quid possim suavius & brevius.

*ex animo rovebat*

Martinus Hännisobius Eccl.  
Colon Diaconus.

In illud

Sapientum Ebraeorum:

Qui tolerat, ad exoptatum finem perveniet.

Quod

feré, si sensum respicias, exprimit Nomen Excell. Dn. Spanse  
scilicet: AUDITUS à DEO est [ שְׂמוֹאֵל juxta quosdam qui  
elisum volunt ) VIR SPEI ( Hoffmann )

Pentametrum ex Spondeo & Jambo, alternatim positis.

לֵא הַעֲלֶה אֶרְוֹן מֵאֵר הַבַּקֶּה  
הָאִישׁ וְאַתְּ עֲנֵג בְּלוֹ מִשֶּׁךְ

שלא





שלא מרדו רב ואוד שע  
אין יטעם אך דרכי נע  
לא משכתיים או עצלתו  
פראם בכת רב ליד  
באר פרוכור מאלהינו  
כידועים כל דברנו  
צבא כמו לא יעטרנו  
מצר פכרו חרד ממנו  
כמשברי הים הלום נפעם  
אחר בכסף פת בער ינעם  
בן שענו ראה ורגעו  
קנה אלהים יענה רש  
ההוא אשר איש יכפישנו  
חקים יהוה עזרתנו  
צדיק כחמר יפרח תמיד  
בעץ למים ישנה חסיד  
רגע באפו ברצונו חיי  
ערב בכי ולן פשרי  
פקר שמחור תפרץ בנו  
לא איבים שמחת לנו  
הזור בהמדעך למור  
ראש כחנינו הפמן הרור  
חשך ולל אור מבחרך  
עני ולל שמחה לפניך  
המה בליעל רגשו גוים  
רבים ידירך לה קמים  
כראם יחור מן שאר רל  
את נפש ההוי מלל שמחה  
נתן לראשך כבוד ארר  
ו נפש על סר עכו עור  
השגה לא תהא ולל זכור  
אתה ויש משל לער ער

SEN-

מין שמו  
בבוי  
מן הפרח  
הוי  
אל  
את אשר  
ושים  
זר וטוב  
ur  
s Günzelius  
m.  
ulta.  
i,  
misobius E  
conus,  
m pervenit  
excell. Dr. Sp  
quosdam qu  
mann)  
ernatim pol  
ל  
הא





SENSUS EST:

**N**on Deus ex aspris Molles extollit ad astra,  
 Nec trahit exputeo Delicias Hominum,  
*Dulcia non meruit, q̄bi non gustavit amara,*  
 Nec lætis dignus; tristia q̄vi metuit  
 Otia sectantem pigra non benedictio ditat  
 Cœlica, sed gnavum præmia pulchra manent.  
 Militis ignavi rarò dux tempora cingit  
 Præmia militiæ pulverulenta ferunt.  
 Navita jactatus variis hinc inde procellis  
 Post varios casus littora tangit ovans  
 Sic q̄vi multa tulit variè & jactatus in orbe est.  
 Tandem effert, tenebras sole fugante, caput.  
 Et q̄vem perversus depressum mundus anhelat  
 Hunc Deus ex imo tollit in alta loco,  
 Justus enim æternum victrix ut palma vigebit  
 Ac velut ad riguas consita cedrus aquas  
 Vespere si vultum lacrimis atq̄ve ora rigamus  
 Candida cum Phœbo jubila mox redeunt.  
 Hoc HOFFMANNE tuo exemplo nos instruis ipse  
 Hactenus à nobis commemorata probans,  
 Multa tulit tua prima ætas, sudavit, & alfit,  
 Inq̄ve peregrino littore multa tulit.  
 Multa quoque officio passus cum dogmata Christi  
 SAGANIS fidus cœlica, verba dares.  
 Sed TOLERASSE juvat Christo duce & auspice Christo,  
 Hos casus FELIX CLAUSULA cum sequitur.  
 Aurea lux rediit, nigra cecidere tenebræ  
 Gaudia nunc remeant aspera tuta silent,  
 Namq̄ve TIBI *geminam* (capiti domuiq̄ve) *coronam*  
 Imposuit, sceptro q̄vi regit omne suo.  
 Doctoris titulum Tibi contulit ALMA ROSARUM  
 Atq̄ve Tuum summo cinxit honore caput.

132

Urbi





Urbs benè MORATAM NATAM de stemmate summo  
FRITZLADUM lecti Nostra locat SOCIAM  
Sic benè sperasti, tolerasti adversa SPEI VIR  
TE DEUS AUDIVIT gratulor inde Tibi.

M. Adamus Spengler/  
Gymn. Berol. Rector.

SI tria sufficiunt lecto bona verba jugali,  
Quinque dabo, SPONSIS SINT BONA FATA NOVIS  
Si sint plura? dabo, sed cur sint plura? Sat illud  
Si semper Sponsis sunt bona fata novis.

M. Tobias Quistorpius Berl:  
quond. Pastor Aul: in Sued:

PLurima, (quod fateor) mibi denegat arida Vena  
Compater, interea pauca dedisse juvat.  
Tempus adest ubi pallet byems, ubi stiria pendet,  
Ad calidos properat frigida turba focos.

Non aliter Solitum properas Adfinis ad ignem,  
Quem sufflat licito, Sponsa pudica, rogo.  
Ritè facis, junctis votis hoc igne calesces,  
Dum pius in calido pectore flagrat Amor.

Este novis hilares in amoribus ambo, replete  
Prole virente thorum, pace nitente domum.

deproperabat

Petrus Goldbeck/Camera  
Elect: Brand: Advocatus.

RURicola dives si crescit messis in agris,  
Felices dicunt seqve suasque domus:  
Judico felicem te verè Hofmanne, cui anno  
Depluit hoc, celsò messis opima Pold,

Sche-



Schemate Doctoris decoratus pulpita scandis;  
Majori applausu dogmata Dia docens:  
Fritzia, deinde tibi, clara de stirpe, Puella  
Eva Maria, piis moribus aucta datur,  
Virgo pudica datur, thalamumqve optata subintrat,  
Ut repararet lapsi diruta fulcra tori.  
Næ mihi præ multis felix, solusqve beatus,  
Donis quem tantis auxit ab axe Deus!  
Gaude igitur tantò Jehovæ munere, Sponse  
Hoffmanne, atqve pio reddito vota Deo;  
Macte chorò, atqve torò, plures sis prosper in annos,  
Multaqve da cœlo pingnora, multa solo.

*Im inter trium liberorum agrotantium  
suspiria adpropinbam.*

Erdmannus Giesæus P. L. &c

Not: Publ: Cesar:

**I**mpiger excurrit diros Mercator ad Indos  
Lutat um merces, generosus prælia temnit  
miles spe præda laudisq, senescit agelli  
assiduus culta dubius præventibus anni  
Prob! quot lativagiloca, Præclarissime Sponse.  
orbis, quotq, simul visisti docta Lycea?  
Prædura fortis nil tela moratus acuta,  
quippe Deus nescit fidentes spernere, in altum  
tollit, quos fastus Mundi per sæpe coarctat.  
Quas merces laudem, fructus sudore parasti?  
Amplò Doctoris te condecoravit honore  
Rostochium, meruit quem virtus iuclita dudum.  
Hæc quoq, luce datns fata virgo sanguine clavo

Americus Vesputius  
in Tertia sua navi-  
gatione p. m; 49.

Berli-



Berlini, *cujus* Genitorem *sceptra* Regentum  
Imperii *poscunt* Romani, *na* decus *ingens*;  
Hinc *tot* Amicorum *plausus* & *vota* *precesq;*  
*multis* *ex* oris *portantur*, *queis* *mea* *jungo*:

Faustiter *ò* *utinam* *succedant* *cuncta*, *recedant*  
*noxia* *succrescant* *ter* *sancti* *gloria* *Ihovæ*  
*Hæreticûm*q; *logos* *solvas* *virtute* *potentis*  
*verbi*, *sic* *terris* *nomenq;* *dæcusq;* *manebunt*.

*Excellentiss. ac honoratiss. Dn. Doctori*  
*Sponso, & promotori suo non uno*  
*nomine estimando*

*Georgius Wilde/Luf.*  
*Gymn. Berol. SubR.*

**N**onne sic? *celebri* *ex* *domo* *creari*,  
*Fortuna* *est*: *studiis* *suum* *sacratiss*  
*Ampliare* *genus*, *suprema* *virtus*.

*Maestè* *utroqve* *bono*, *verende* *Doctor*;

*Primum* *promeruit* *gravis* *laborum*

*Moles* *in* *studiis* *sacris* *peracta*:

*Omnis* *inde* *Dei* *chorus* *colendus*

*Assurgit* *Tibi*, *Te* *gravem* *salutans*

*Victorem*, *atqve* *comas* *tiarâ* *cingit*.

*Vera* *est* *nobilitas*, & *usqve* *laudem*

*Hæc* *meretur*, *habens* *decus* *sacræ* *artis*!

*Nec* *Fortuna* *Tibi* *negat* *secundum*;

*Ecce* *nupta* *datur* *Tibi* *puella*

*Nobilis* *genere*, *omniumqve* *laude*

*Virtu*



Virtutum atq̄ve piæ decora vitæ:  
O felix nimium & quater beate!  
Sic Jehova beat suos amicos,  
Illorumq̄ve remunerat laborem.  
Sic favere Deus benigne perge  
Sponsûm nobilium pari, nec ulla  
Intercedat eis, cave, ægritudo.

*Preatur ex animo*

Joachimus Francus  
Gymn: Ber: SubConR:

Pindarische Ode.

Erster Satz.

**Z**eff ich sonst die rechte Zahl/  
So hat nunmehr achzehnmahl  
Synthia den Kreyß der Erden  
Rund umbreißt mit frischen Pferden  
Nach dem Such O MusenPracht!  
Ist von Eva Beckerinnen/  
Ewerer Kummers Wenderinnen/  
Seben worden: Gute Nacht.  
Also lang vnd länger noch  
Ist es/ daß das süße Joch  
Erster Eypflicht liegt zertranne  
Durch des Todes grimme Sand.

Erster Gegensatz

Mit was trawren/ mit was Schmerz  
Ihr nun dieses ewer Hertz  
In den Sand versäncken lassen/  
Kan ein jeder leichtlich fassen/

Die



Der mit Euch in gleiches Leyd;  
Der mit Euch in gleichen Orden  
Unverhoffet bracht ist worden/  
Durch des Trenners Strengigkeit;  
Durch des Trenners/der vns gönnt  
Oft nur was man missen köndt/  
Und hergegen ihm erkieft/  
Was vns selbst am liebsten ist.

Erster Nachsatz.

Wenn nun aber auff solch gehabtes leyden  
Wieder folget das Glück mit Lust und Freuden;  
Wenn des Höhesten Sunst wieder nach Wunsche ergetzt/  
Euch / den sie hievor weißlich nach Raht verlerzt/

Saget; was wird euch gebühren?

Soll man auch ferner noch spüren

Trübe Trawrigkeit?

Nein/nein alles Hertze-Kräncken

Muß man in den Brun versäncken

Der Vergessenheit.

Ander Satz.

Wird gleich auff der wilden Fluth  
Eines dreisten Schiffers Wuth  
Etwas durch den Sturm beweget/  
Wenn er ihm entgegen schläget;  
Ja was; wird er gleich gar sehr  
Bey der finstern Nacht geschreckt/  
Wenn der Wolcken Last ihn decket/  
Und ihm nimbt das Sternen Meer;  
So gedenckt er dessen nicht/  
Wenn ein stiller Tag anbricht/  
Und vons Himmels güldnen Baar  
Titan ihn drauff lachet an.

C

Wird



### Ander Gegensatz.

Also machts ingleichen Ihr;  
Seyd nicht trawrig für vnd für.  
Waret ihr durchs Creutz bewogen;  
War euch aller Muth entflogen  
Da ihr saht in Eifamkeit/  
Vnd mit Vnglücks Sturm vmbgeben  
Führtet Ein betrübtes Leben.  
Denckt nicht mehr derselben Zeit.  
Hat doch nun die Trübsaalswache  
Solchen ihren Sturm vollbracht/  
Vnd bricht nun gewünscht herein  
Ewres Fremden heller Schein.

### Ander Nachsatz.

Was ein Himlischer Geist/der sich erhebet  
Vnd nach Tugend vnd Ruhm mit Fremden strebet/  
Endlich trägt davon/Eben das hat mit Preys  
Aunmehr rühmlich erlangt ewerer Sorgen Schweiss/  
Der sich nie ledig ereuget/  
Sondern mit Tugzen bezeuget/  
Drumb der Mussen Schaar  
Das was rühmlich ihr begehret  
Euch nach voller Lust gewehret  
Vnd gereicht dar.

### Dritter Satz.

Was des Selbawms Naß erwirbt/  
Wenns bey stetem Fleiß verdirbt/  
Das/das haben sie ingleichen  
Euch nun wollen oberreichin.  
Der Warnowsche Helicon  
Hat/wie Sie zusammen kommen  
Seiner Edlen Rosen nommen  
Vnd die Doctorliche Cron

Wolbe.



Wolbesonnen vnd bedache  
Euch zu Ehren fertig macht/  
Vnd die/ wie es sich gebührt/  
Euch vmb ewren Glaf geführt.

**Dritter Gegensatz.**

Vnd diß ist noch nicht genug  
Venus kömpt auch ohn Verzug  
Bringt von ihren Jungfer Schätzen/  
Den Verlust auch zu ersetzen/  
Der geschehn durch Todes-Fall.  
Sie bringt in der besten Jugend  
Ertzens Kind von edler Tugend.  
Dessen frewet euch mit Schall.  
Frewt euch es soll ewer seyn.  
Auch ihr Edles Jungfrewlein/  
Frewt euch. Denn ihr nunmehr schawt  
Den/ der sich euch ganz vertraut.

**Dritter Nachsatz.**

Frewt euch beyde/ genießt weit weit vom Leyden;  
Weit von trawriger Noth genießt der Freuden  
Die Gott nunmehr euch gönt! Wideriger Zanck vñ Zwist/  
So des Häußlichen Brachts schädliche Verderben ist  
Weiche viel schneller den Winden/  
Daß sich die Eintracht mag finden!  
Vnd was felt mir ein?  
Gott der schenck euch auch die Sachen/  
Die euch bald zu Eltern machen  
Vnd erfrewlich seyn!

Denen Hochansehlichen Hochzeitern zu Ehren/  
aus Christlichem Wolmellen  
verfertigers

Burchardus Wiesenmeyer

H. S. p. t. Gymn: Berl. Coll:

A 2

Devord



**D**Evotis me mystagoge Christi,  
Laudatae Synodi Synedre digne  
Multis nominibus, gregisque sacri  
Prudentissime ductor atque doctor,  
Hoffmanne, haud dubia relatione  
(nam res ipsa fidem facit) dolorem,  
Conjux contumulata quem cibat,  
Omnes seposuisse diceris: quin  
Pertælus vacuas jacere nocteis,  
Tædas adproperare jam secundas?  
Et vitæ sociam dehinc futuram  
Delectu tibi destinasse cauto:  
Sed non de viduo toro maritam;  
Sed de virgineo choro puellam  
Condignam meritis tuis puellam:  
Formarum speculator optimus quam  
Designare sibi ipsemet studeret:  
Cui nunquam fuerit necesse dici:  
I foras; habeas tuas tibi res.  
Seu lis de generis celebritate  
A quoquam moveatur huic; malignus  
Seu quis fœminei decoris ausit  
Virtutum aut muliebrium severam  
Dicam scribere; profitentur omnes  
Punctorum locupletiores posse  
Voto absolvier. Adde; quod fide mi

Ue



Ut certa memorant Tuæ Marillæ  
Non de divitiis Poëticis, &  
Versus splendidioris apparatu:  
Qualem Mœonides dediste Vates  
Gnatæ: nec parasitus ille qualem  
Promisisse suæ refertur, ampla  
Sexcentisque longis merisque nugis:  
Sed magnâ pretiositate rerum.  
Dos sat dapilis est domi parata.  
Hæc præter quoque dictus est dies jam,  
Quantum rumor ait, nova in tuam quo  
Dextram nupta venire debet: immò  
Lauti deliciæ cibi cœmentæ;  
Ad cœnamque vocata nuptialem.  
Omnis turba virorum honestiorum  
Et quotquot veniunt in eruditum  
Doctorem numerum: faces itemque  
Plures, omine cum bono paratæ:  
Tibicenque jugalis & rogati  
Cantores Hymenæi, id approbare  
Incertâ ratione non videntur.  
Ecquid, Vir Reverende, me putabis  
Deliquisse: brevi tibi Phaleuco  
Si grater repetita pacta tori?  
Non certè. Tua terque sit quaterque  
Felix conditio: Deusque faxit

Docto-



Hæc insignito rursus discedere curæ  
Suadent innumeræ, Vir Revende, tuæ.  
Varniades Musæ plorent; sed mœnia gaudent  
Berlini, Templum gaudet & Aula Ducis:  
Hymen accurrit; sequitur venus alma, Puellam.  
Hæc Tibi desponsat, consonat ille modos.  
His mea carminibus sociabo vota, precandô  
Ut vos ynanimis servet ametq; D F U S.

*Ira absens corpore Animô  
presens gratulatur*

*Dn. Patri*

Johannes Cothmannus:  
S. P.

---

Sero transmissum.

**Q**ua datur in thalamum sociali fœdere Sponsa,  
Clarior hac jungi vix tibi, Sporse, queat  
Namq; satis clarum ducit natalibus ortum  
Sat virtute etiam, sit pietate micat.

Tu modo quesita venientem fronte puellam  
Excipe, Militie portio magna sacra  
Quæ precor ut faciat pulchræ prole parentem  
Augeat & vacuam pignore Sponsa domum.

Magnificus socer hoc, & cætera turba precatur  
Enistis neq; voo plura vovere tibi.

Fausti applausus & affinis: ergo f.

*M. Gallus Mevius Past: Ripsiensis*

---

**Q**uæ, quæso; capiant animos obliviam nostros,  
Ut, cunctorum inter vota, silere queam?  
Gratulor ex animo; votisq; faventibus opto,  
Cédant ut titulis, optima quæq; novis:

Conju-



Doctōri faciēda ut utriusq̄ve  
Sexus det lobolem venustiozem  
Et forma & numero probatiozem:  
Qualem non dedit uxor ante facta,  
Si recte memini, tibi Magistro.

*Cum voto omnigena prosperitatis  
scribis:*

Henricus Colbius. Siles:  
Stud:

**A** Udivit, vidit, nuper splendēte tiara  
Hofmannum celebrem Balthica Musa virum  
Hunc capit, hunc ornat, gratis amplectitur ulnis  
Berlini virgo quae pia, casta, bona est  
Ite igitur, vireas, vivas in honoribus auctus  
Doctoris titulo nuper ad aucte novo  
Stas, vigeas, vireas, vivas, amplectere Sponsam  
Parvulus Hofmannus ludat ut ante pedes  
Vivite felices! licitis concrescite flammis  
Amplius & cingat pacis olivatorum

*Ita Neonymphis congratulatur*

Wilhelmus ab Hillen  
Osnabrugo Westph.

**C**um Te Doctorem Doctoris voce crearet  
Cothmannus, Sophiae Theologiaeque decus:  
Doctus Apollo fuit praesens, Pallasque tiaram,  
Haec fecit; factum tradidit ille Tibi.

Hac



Conjugium imprimis ut blandum, coepta secunda,  
Sitq; perennis amor; sint pia vota rata!

*Martinus Lilius, Berlinas.*

**Q**uæ reliqui Vobis fundunt bona verba precantes  
Largiter illa Deus prosperet usque precor.

*Johannes Joachimus Kemnizius.*

**U**ltimus extremos inter, qui carmina fundunt,  
Ne sime, Musa breve hoc me resonare jubet:  
Doctor! Et eximia cum virgine gaudia captat,  
Quæ valia permeruit cura, labor, pietas.

*Casparus Lilius Berlinas.*

**Q**uam tibi nunc alii gratentur Maxime Fautor,  
Sancto de thalamo, & summo in honore gradu.  
Talibus ergo & ego jungo mea vota, precesque,  
Vis sic unita ut fortior esse queat.  
Et precor ex animo vobis ut Fautor & Autor  
Conjugii bona det, corporis atque animi  
Quo sic ex votis succedant omnia vobis.  
Ac Ecclesiolæ pervigilare queas,  
Donec ad æternæ veniatis regna salutis,  
Est ubi pax, & honor, gaudia, vita, quies.

*Godofredus Rosnerus  
Berol: Marcb.*

**F I N I S.**



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3


002 062 674











ΕΡΜΕΥΤΟΣ  
Æ FACES

54

vas  
NDO, EXCELLENTISSIMO,  
MO DOMINO

LIHOF

LOSOPH: & S. S.

TORI LONGE DIG-

IMIA C POTENTISSIMI

RGICI, S. CONSISTORII CON-

CCLESIARUM BEROLINEN-

ICINARUM SUPERINTEN-

DO MAXIME, CE-

SSIMO QVE,

ONSO,

ic non

que cum sexum ornant, Fulgore

didissima

MARIÆ,

i, Amplissimi, Consultissimi, Domini

errimi, Comitis Palatij S. Consistorij

ntis. Electoris Brandenburgici Hagio-

cificat: Osnaburgi institutos designati Le-

te Aulæ Electoralis Consiliarij cele-

re dilectissimæ,

TRYPHIS

â solennitate Nuptias

. celebrantibus

atulabundi

nt & offerunt

OLLEGÆ & AMICI.

ph: Runge Anno c1o 1oc XLIV.

